FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Johann Matthäus Steinhövel an August Hermann Francke.

Steinhövel, Johann Matthäus

Halle (Saale), 26.06.1719

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-53085

Visual Library

A 173 26. VI. 1719
43

Vir Summe reverende
Amplissime nec non Doctissime Domine
Fautor colendissime

Cum affectatum hactenus sæpiusq. tentatum ad Te accessum, semper expectantium jam eundem frequentia, impediverit; ipsaq. reverentia, Viro tot hominum accursu, tantisq. præterea negotiis gravato, molestiam ulterius causari, prohibeat; imo etiam Amanuenses, ut id, quod coram expedire per aliquot septimanarum spacium frustra quæsiverim, literis obtinere annitar, suaserint. Hinc, per fidum hunc mentis interpretem, calamum scilicet, Tecum colloqui, ac ne memoria curare Tua excidam præcavere, tandem conatus sum. Statum equidem, Collegia, Hospitiumq. meum jam antea recensui pluribus, me quoq. meaq. studia Deo & Ecclesiæ unice sacra, divinæ directioni Tuæq. dispositioni in totum commisi, Vitam denique S. Theologiæ studioso dignam, divina adjutus gratia, vivere allaboro, utq. eruditione pia, et pietate erudita intellectum pariter ac vo-

luntatem imbuam omnem meam operam colloco, Semperq; tot utilissimis Paraenesib; ceu stimulis ad alacrius hoc in cursu progrediendum, ego, aliiq; incitamur.

Nunc vero, ut tali in loco diutius degere, ac Tua atq; aliorum Dnor: Professorum, si non privata Conversatione tamen publica institutione, cum fructu uti mihi liceat; neq; duro necessitatis telo, commodis his justo maturius priver: Amplis: Dn9 Abbas Sua quoq; in me beneficia conferenda mihi sponte promisit: dumodo, vel trib9 verbis, quod alicui Dnor: Professorum nomen meum innotuerit, testatum ipsi facere queam. Hoc igitur est quod a Te Vir Summe devenerande colendissime Fautor, humillime rogo, ut in quantum cognitum habeas me brevissimis saltem notatum in Schedula, mihi avide expectanti remittas. Non etiam est quod dubitem, indulgebis enim tantum Tuae in promovendis Sanctiorib9 Studiis facilitati, Dabis aliquid commendatitiis Dni Andreae literis, respicies deniq; in meam non tam dignitatem quam egestatem. Hac ego spe firmissima fretus Te divinae Tutelae, me vero Tuae curae commendo ac nullo non tempore futurum me promitto

Hallae. d. 26. Junij
A. O. R. 1719.

Tui

Amplissimi Nominis

addictissimus
Joh. Matth. Steinhövel
Gryphisb: Pom.

Viro Summe reverendo
Amplissimo nec non Doctissimo Domino
Dno. Aug: Herm: Frankio, Ministro Verbi
Dei fidelissimo, Professori celeberrimo, Fautori
colendissimo, pateant hæ.

Halæ

Franckesche Stiftungen zu Halle